





M.BOSSI
DIALOGVS
FLORENTIÆ
ETC.
INCUNABULI
A
5
64
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze











Benedictus Maffeus maioris pręsidētię Abbreuiator apostolicus Pręstantissimo Equiti ac Iureconsulto Iohanni nicole faele Ciui primati Veronensi Salutem dicit.

Vantum Maffei omnes tibi debeant uir clarissime ex tuis litteris quas diebus superioribus ad Magnanimum Principem Comitem Hieronimum scripsisti facilius intelligi quã explicari potest: tanta enim nos beniuolentia amplexns es tãtum amoris erga nos tui pretefers tot in cęlum laudib9 Maffeos extulisti ut qd maius quid optabili9 uiro sapiẽti qd deniq3 Maffeis nostris melius & ad ipsorum augendam dignitatem honorificentius accidere uel ab eis expeti potuerit difficile sit iudicium: Optent



alii diuitias ad uoluptates perfruen-
das alii amplas edes equoſ phaleratoſ
p̄cioſa ſuppellectilia: delectāt .n. mag
nifici apparatus uiteq; cult9 cū elegā
tia & copia pua hęc qdē fortunę ludi
bria breui duratura: Maius certā mu
nus omnib9 fortune bonis p̄ferendu3
Maſſeorum gentem a te accepiſſe ſen
tio quod nulla ętas conticeſcet nulla
temporis diuturnitas minuet aut de
lebit nec uetuſtas aut rubigo cōſumet
uel tinea demoliri poterit p̄coniu3 ſci
licet tuis elegantiſſimis mandatū lr̄is
laudū & glorię Maſſeorum quod eo
maius extimandum cenſco quo a tāti
uiri teſtimonio proficiſcitur: neq; eni
inficiari licet quin omēs hac gloriola
capiamur: uix enim inuenitur ut Ci-
ceroni placet qui laboribus ſuſceptis
periculiſq; aditis non quaſi mercede3
laborum ſuorum deſideret gloriam:

Quis est igitur qui nõ exoptet: aut
magnifaciat & toto animo totaq; mẽ
te perquirat si laus expedenda est sue
Ciuitatis potius primarii & laudati
Ciuis quã externi & ignoti uiri lau-
dum suarũ preconiũ aut testimoniu3:
quod si ea humanitate & beniuolẽtia
sponte non pręcibus quibus tu erga
Maffeos nostros usus es assequi con-
tingat non gaudeat maximaq; leticia
afficiatur: meritoq; eidem obnoxium
sentiat de quo se benemeritum putet
Dum hęc cõsidero & mecũ ipse reuol-
uo quoniã nihil minus hominis q̃ nõ
respõdere i amore & beniuolẽtia hiis
a qbus puocceris facere uõ possu3 qui
te amẽ & tãq̃ unicũ Ciuitatis nr̃e uir-
tutis exemplũ Maffeorũq; oĩm patrẽ
& p̃ronũ colã & obseruẽ: Ardebat Ci-
cero cupiditate incredibili ut ipse ad
Lucciũ scribit neq; ut arbitrabat̃ rep̃

hēdēda testīoniū senatorii ordinis am
plissimi et sapiētissimi uiri suarumq;
laudū prȩconū nomēq; suū hominis
doctissimi & eloquentissimi scriptis
illustrari & celebrari: Addens in pri-
mis quod illi Neuiano Hectori placu
it nō solū laudari sed a laudato uiro:
At enī quid impresentia Maffeis nr̄is
optatius: quid honorificentius: quȩ ho
noris aut dignitatis accessio maior a
Maffeorum gente optari potuit: nisi
tui prȩconiū & testimoniū Conciuis
nostri uiri nostre Ciuitatis omnium
iuditio laudatissimi primas p̄tes ob
eius prȩclaras uirtutes & singularem
in omni uirtutum genere animi prȩ-
stantiam ac sapientiam rerumq; agen
darum experientiam merito obtinen
tis: qui morum grauitate eloquentia
uite integritate & īnocentia iurisq; Ci
uilis ac pontificii studiorumq; huma

nitatis eximia doctrina te omnibus ę
que non minus amandum quã uene-
rãdũ ab ineũte ętate ꝓbuisti facileq;
inter Ciues nostros pace aliorũ dixe-
rim ob singularium uirtutu; tuarum
principatum obtines ꝙ si Maffeis no
stris forte eligẽdi optio data esset dig
niorẽ aut ꝑstantiorẽ uirũ in tota ꝓuĩ
tia neminẽ eligere potuissent: Veru;
quia nulla electione nullis pręcibus
nullis deniq; meritis nostris erga te
sed tua boĩtate nature singulariq; hu-
manitate & beniuolentia quib⁹ omẽs
bonos & graues tuiq; similes uiros
Maffeosq; imprimis omnes uti ꝑci pu
os & peculiares amicos semper ꝓsequi
consueuisti: maiorum nostrorum me-
moriam quę posteris quasi lumen est
tuis elegantissimis scriptis illustrare
& celebrare oĩ studio conat⁹ es Ego q
ex Maffeorũ gente licet minim⁹ amo

re & beniuolentia erga te affectus sin
gulari eloquentia & doctrina tua al-
lectus facere nõ potui quin in eodem
amore & beniuolẽtia respõderẽ ne ne
gligentie noie aut iugratitudinis cri
mine abs te accusari posse; quo nullũ
grauius apud Persas teste xenophon-
te puniri solitũ erat animũq; & mentẽ
gratã saltẽ tibi declararẽ meã ac Mas
seorũ omniũ noie ingentes tibi grati-
as agerẽ habẽt certe omẽs teq; tãqua;
parentẽ & patrie prẽ; colunt & uene-
rant tuaq; uestigia intuẽtur & obser-
uant si q̃ in re meritas tibi referre gra
tias possent ita eis in referenda gr̃a a
natura ĩscitũ ita a prib9 traditũ agros
ĩmitari fertiles qui plus reddũt qua;
acceperit sic.n. bñficio ꝓuocatis ma-
iori mẽsura iubet redder Hesiod9: Et
quoniã lr̃as tuas patrũ nostrorũ amo
re & iocunda memoria bis terue legi

& iterum atq; iterũ repetere nõ desti-
ti ita eis usq; adeo delectatus sum sic
enĩ illarum suauitas sermonis mulce-
bat animũ ut de Nestore apud Ho-
merũ memorię & lr̃is proditũ est cui⁹
melle dulcior ꝓfluebat oratio ꝙ plu-
ra exemplaria merito digna recorda-
tione tua transcribi curauerį ita illo
tuo elegantissimo dicendi genere cuꝫ
grauitate quadam & copia rerũ incen
sus uenustoq; & elimato ornatu capt⁹
sum ut epistolaꝫ tuã inter archana &
mihi carissima collocandaꝫ duxerim
sempq; ante oculos tenuerim & teneã
sepissime: tibiq; persuadeas te a me ue
hemẽter amari uullãq; rem tã arduã
& difficilẽ aut facilẽ & abiectã fore q̃
ad honorẽ & dignitatẽ ac cõmodũ tu
um ptinere arbitrarer q̃ mihi aut la-
boriosa aut paꝝ me digna uideretur:

coq; ferueti9 ꝓ tua dignitate & cõmo
do a me fieri existimes quo tu habun
dãtia quadã amoris erga Maffeos p̃-
serti; Augustinũ & Franciscũ tres me
os non solũ summis laudibus uerũ e-
tiam apud ipsum principem cõmẽda
tione nõ uulgari te ueru; amicũ ostẽ-
disti excessistiq; epistole modũ & ip-
sa epistola euasit in libellũ quoniã ali
ter fieri nõ poterat si altius repetendũ
erat patrũ nostrorũ memoriã & gesta
etiam breuiter enarrando prout ex p̃
clari ingenii tui acumĩe breuiter suc-
cinte & ornate narrare studuisti:
Quis igitur iure non miretur: non
amet: non laudet: in tanta breuitate
orationem adeo lucidam: facilem &
ornatam adeo sententiarũ grauitate
r̃fertã: & Oratianũ illud uere dici nõ
possit breuis esse laboro obscurus fio:


Fatebor enim epiſtola tua non me ſo-
lum pro ingenii mei paruitate: qui in
dicendo inops & exilis ſum ieiunaq;
ut ita dixerim oratione utor ueluti in
media ut aiunt Barbaire merſus & ſti
lo litterarũ apoſtolicarũ tamq̃ ad piſ-
trinum addictus qui his tuis grauiſ-
ſimis & ornatiſſimis litteris r̃ſpondeř
auſus ſum ſed ſanos quidem homines
ſumma doctrina & eloquentia ꝑditos
deterrere eiſq; in dicendo facultatem
arripere potuiſſet tamẽ quoniam niſi
tuis litteris ego qui fratrũ natu maior
licet ingenio & prudentia minor pro
mea uirili reſpondiſſem ab officio diſ
cedere exiſtimaſſem deterreri paſſus
nõ ſum epiſtolãq; meã potius ſub tua
cenſoria nota Maffeorũ omniũ nomĩe
exarrandam duxi nam ſi grati erga
te ſi tanti beneficii memores eſſe uo-
lumus inſcitie & imprudentie potius

q̃ taciturnitatis & igratitudĩs crimĩe
abste accuſari maluit: ut ſaltẽ ĩtelligaſ
uigilias & labores tuos hac in laudes
Maffeorum lucubratione tua nõ irri
tos non inanes fuiſſe non omnino per
ditos iri quinimmo multos tibi uiros
deuinxiſſe licet non tui ſimiles quip-
pe rarum genus eſt & quidem omnia
prȩclara rara ſaltem tuarum uirtutũ
& ſapientie amatores quorũ opera in
duſtria rebuſq; omnib⁹ ut tuis uti po
teris: Et quoniã litterȩ tuȩ e Verona
ad urbem miſſe ad Maffeorũ omniu;
noticiã ꝑuenire nõ poterãt ipſarũ ex-
emplaria tranſmittere curaui: ut ſci-
ant Maffei omẽs nõ ĩmẽores tanti mu
neris Trecentoꝝ ãnorũ luſtraſſe cur-
ricula ut maffee gẽtis uiros claros &
Illuſtres ac mẽoria dignos ſcriptis il-
luſtrares et celebrares tuis q nullis l'
ſalte; exiguis litteraꝝ monumẽtis q̃ſi

in occulto degebāt nec tot iā labētib9
ānis quisquā inuētus est q ultro nul-
lis suadentibus meritis aut exposi-
tis pmiis ut tu pliberaliter fecisti tot
Annorū antiq̄ secula ueterē patrꝫ nr̄o
rum mēoriā ipsorūqꝫ uirtutū laudes
exarare aut memorie & lr̄is prodere
ausus fuerit uel onus sponte suscipere
uoluerit. Q ue cū ita sint Cels9 Maf-
feus in primis quē merito excelsuꝫ ap
pellas uir religione & uite integrita-
te summaqꝫ doctrina & bonitate natu
re preditus omniumqꝫ artiū quas nr̄i
liberales uocant Theologię & philo-
sophię sapientissimus bucinator &
pręco laudum tuarum apud ędes sa-
cras palaꝫ & scorsum publice & pri-
uatim Maffeiqꝫ omnes tuas canāt lau
des tuos exornent postes tua limia co
ronent te sequantur te patrem patrię
te patronum & defensorem appellent

tuorum erga eos meritorum memoriã
celebrent et uicissim meritas tibi gra
tias reddere certent· Vale uir doctissi
me· Ex urbe decimo kalendas Septem
bres· Anno salutis Quadringẽtesimo
octuagesimo secũdo supra millesimũ·





Præfatiuncula Reuerendissimi Magistri Bernardini Bardutii Florentini in epistolam sequentem

Salue inclyta parens omnium bonorum Verona. Hoc tibi Bernardinus ordinis minorum minimus: patria Florentinus: latini eloquii munusculum ob maxima tui profecto in eum officia discedēs relinquit: non extollēdi tui causa: quæ a summis uiris iam diu laudata comprobaris: sed solum testificādi summi amoris erga te sui: quandoquidem ut ait Ouidius

Hæc mea militia est: ferimus: quæ possumus: arma:
Dextraq; non omni munere nostra caret.
Si mihi non ualido torquentur pila lacerto:
Nec bellatoris terga premuntur equi:
Nec galea tegimur: nec acuto cingimur ense:
His aptus telis qui libit esse potest.
At Verona tuas studioso pectore laudes
Prosequimur: titulos ingredimurq; tuos.

Epiſtola Reuerendiſſimi Magiſtri Bernardini Florẽtini olim prædicatoris in ſancto Firmo Veronæ in laudem ciuitatis Veronæ ad Ioannem Neſium: Ciuem Florentinum præclariſſimum

Salue amicorum optime. Decreueram iam diu: ex quo iſtinc diſceſſi te meis aliquando pro tua in me ſingulari humanitate (ut certo ſcio) gratiſſimis litteris reuiſere ſimulq; conſalutare. Verum hoc hactenus diſtuli: cum aſſiduo declamandi: ſiue potius prædicandi officio impeditus: tum quid tandem quod utrique noſtrum foret gratiſſimum ſcriberem neſcius. Nunc uero eo dicendi munere leuatus: non nihilq; ocii nactus: quod iam pridem mecũ ipſe ſtatueram ꝓ rei amplitudine: paucis (ut potero) abſoluam. Id autem eſt ut primo iter huc meum facile cognoſcas: & deinceps de huiuſce præclariſſimæ inter omnes fere Italiæ urbes ciuitatis laudibꝰ aliquid breuiter intelligas. Ad xvi Kalen. Decembres iſtinc diſceſſi ut huc Veronam inquã illuſtriſſimam urbem prædicaturum me cõferrem ne domi noſtræ (ut multi opinabãtur) in illo noſtro (ut ſcis) cõmuni domicilio non ſine magno labore atq; impenſa: tam ornate: tamq; commode præparato: ocio quodã torpeſcere uiderer. Veni primo Bononiam non ſine magno cũ aquarum: tum etiam niuium: & uiarum (ut perſepe in hieme fit) incommodo. Deinde nauigio Ferrariam: Venetias: & Patauium: uetus mihi hoſpitium cõceſſit: ubi paucis diebus ut amicos: quibꝰ iam alias prædicauerã reuiſerem moratus. Poſtremo Veronam: quo iter po-

tiſſimũ erat: idib⁹ decẽbris incolumis perueni. Q ua in
urbe quo modo exceptus fuerim: quo pacto me habue/
rim: quotiẽs ibi prædicauerim: quorũ eorũq; illuſtriũ ci
uium quib⁹ apprime ipſa ciuitas illuſtratur amicitias in
ierim: qua incredibili beniuolẽtia ab omnib⁹ pro innata
quadã in omnes affabilitate cõplexus extiterim: quo ui/
uendi genere uitã ægerim: non ſolũ epiſtola ipſa: ſed ne
corã quidẽ explicare poſſem. Verũ hæc malo ex aliis te
(ſi fieri poteſt) accipere: q̃ me ad te plurib⁹ cõſcribere
adeo ut iã iã non tam uidear natione Florentin⁹: q̃ amo
re: totoq; animi ſtudio ciuis Veronæ aſcript⁹: uerũ hæc
de me ſatis: deq; itinere huc noſtro hacten⁹. Nunc uero
ad ipſius urbis laudes accedamus: quæ ne latiſſimo qui/
dem hiſtoriarũ campo ſatis pro dignitate ſua contineri:
aut explicari poſſent. Neq; uereor Ioãnes mi dulciſſime
ne quid ex his per adulationẽ dixiſſe uidear: quæ nõ mõ
ab uniuerſa Italia iam miro eloquio ſunt celebrata/ſed a
pud omnes exteros populos/uariaſq; nationes in ſumo
pretio habita. Q uid enim ẽ quod aut ad bonos mores
aut ad rerũ cognitõnẽ: aut ad dei religionẽ: aut demũ ad
utranque fœlicitatẽ humanã inquã & diuinam ſpectat:
quod in hac ipſa uere una (ut facile ſic interpretari poſ
ſet) Verona: urbe ãtiquiſſima reperiri nõ poſſit? Q uã
nõ modo noſtra ætate: noſtraq; tẽpeſtate: ſed inde a ma
ioribus noſtris unã inter omnes Italiæ urbes & uiris am
pliſſimis ornatiſſimã: & opibus refertiſſimã/& digniſſi
mã monumẽtis preſtãtiſſimã ac omnibus diuitiis/ac de
litiis/quæ & uſui hominũ neceſſaria cõparãtur: & ſum/
mo ornatui eſſe uidẽtur/copioſiſſimã: miriſq; in toto ſe/

re terrarũ orbe ædificiis cõstructã: appellare nõ dubita/
mus: ut eius præclarissima gesta/uariaq; ac diuersa &
spendida quidẽ ornamẽta testãtur. Quæ nõ solũ apud
uiros doctissimos litteris sunt tradita: sed re ipsa adhuc
corũ per multæ reliquiæ ipsis oculis uideri possunt: quæ
& quãta fuerit olim hæc urbs uetustissima: facile osten/
dũt: de qua (ut breuiter loquamur) ut a principio insti
tuim9. Illud unum præcipuũ dicẽdum occurrit. Quod
quom ceteræ urbes mortaliũ ingenio/atq; artificio sint
fabricatæ. Hæc ꝓfecto admirãda est: ad cui9 cõstructio
nẽ mortale ingeniũ/ac ipsa rerũ omnium artifex natura
cessisse uidetur: Siue enim ut aliqui ꝓhibent Verus ille
Antonius imperator huiusce urbis fundamenta ieçerit:
quod nullo modo crediderim: quom multo ante impera
tores: & ãte salutis nostræ auctorẽ ob eius uetustissima
monumẽta extitisse dixerim: siuẽ potius Breno duce in
staurata fuerit: siue ut quidã opinãtur a muliere nomine
Verona/genere uero Troiana fuerit condita. Deinde a
gallis Senonibus/ut multi sentiũt: duce Breno illa repa/
rata: quæ etiã marmorea: eo q illo plurimũ abũdat/sit
uocata. siue poti9 ab illo summo rerũ artifice/deoq; op/
timo sub tã pulcherrimo ac felicissimo climate quasi me
dio orbe exiterit posita atq; locata. Aere saluberrima: so
lo spatiosissima: annona frumẽti instar eboris cãdidissi
mi: uini ex omni genere electissimi olei (eiusq; optimi)
feracissima. pomorũ omnium/quorũ suauitatẽ nullus
exprimeret/opulentissima: campis: montibus: Alpibus
iisq; airẽtib9 cõspicua. pabuli ubertate cõmodissima: ad

Nicolaus perottus in comentariis suis supra martialem in epigramma xxxii quod tractat de hac urbe hec pauca profert / Verona urbs venetie est a gallis olim condita duce [illegible] quidam opinant brenone [illegible] nona [illegible] mutatis [illegible] litteris veronam appellatam Gallis cum novas sedes

quererent ob intestinas discordias et assiduas domi dissensiones cogerentur Italia venisse expulsis incultoribus mediolanum, comum, bergomum, brixiam, tridentum, vicentiam condiderunt / veronam quam magna ex parte alluit flumen omnium amenissimus athesis qui ex tridentinis alpibus ortus non longe a fossa clodia pado miscetur. Clara hec urbs solo pariter frugum et fructuum omnium ubertate, clarior viris. duobus plinijs et uno catullo quorum nomina nulla obliteratura est vetustas. hec ille in lucubrationibus [illegible]

arméta: & greges alendos uberrima: & rerum omnium
deniq; utiliũ quã fertilissima. Hæc inter medio Athesis
amplissimo flumine: ut nostra arno fluuio: in duas scin/
ditur partes. Quarum altera ex orientis plaga pulcher
rimo monte oleis: ac uitibus miro artificio consito con/
structis publicis mœnibus cingitur. In cui9 eminentiore
loco: qui toti urbi ĩminet: & quo tota ipsa ciuitas: ampli
simaq; eius planities omnium frugum prouentu letissi/
ma: quæ uersus meridiem uertitur sine ullo impedimẽto
facile: & aperte cerni potest. Duæ fortissimæ: eæq; mu/
nitissimæ arces: ymo potius oppida surgũt: circum ual
lata: custodibusq; semper adhibitis protecta. Quorum
alterum (minus licet eminẽtius) nomine diui fælicis di
citur. Alterum uero maius Petro apostolorum principi
ascribitur: ex quib9 ipsa ciuitas optime defenditur: atq;
seruatur. Altera uero in occidentem uersa ornatissimis
tẽplis: ac spẽdidissimis fanis decoratur: castro inuictissi
mo: quod uetus appellãt: ponte lapideo super Athesim
latissimo uariis turribus munitur. Aliaq; ciuitate quam
paruam dicunt: & si longa ad modum: & spaciosa consi
stat: aliqua ex parte ambitur: ubi præfectus cũ militari
cohorte uersatur: quib9 ipsa ciuitas die: noctiq; custodi
tur. In cuius parte: de qua paulo supra diximus: ambitu
fere medio: admi[illegible]da: & omnino incredibilis: ac penit9
(nisi quis coram uiderit) stupẽda: ex quadratis: ac ĩgẽ
tibus lapidibus: & innumeris porticibus mira testudine
cõfectis: moles in altũ cõstructa erigitur. Quam quidã
Labyrinthum: quidam uero amphitheatrum: quidam

autem theatrum (ut romæ uidere licet) nuncupauere. quod circum circa maximo quidẽ ductu: uariis gradib9 quibusdam paruis aliis uero longiorib9 ex magnis lapidibus sectis miro ordine atq; opere digestum ab imo cẽtro usq; ad summum quisque apte adire potest: quos diuidunt diuersi: uariisq; hinc atq; illinc mille aditus: innumerabilesq; caueæ. Quæ terentiano more loquar scenæ: & quibus (ut arbitror ad spectacula illi9 temporis celebranda mimi illi: siue histriones laruati: ac personati ad comœdias: siue Tragœdias: siue alios ludos habendos: prodire solebãt. Qui nunc loc9 iam: & partim situ consumptus est: & partim uetustate collapsus: partim dirutus: partim solo æquatus: partim etiã immania eius saxa in alia eius ciuitatis ædificia instaurãda delata: quãuis adhuc & totius theatri spatium latissimũ instar oui teretis figuræ reductum: & uniuersus illorum graduum ambit9: & superiorum præsertim fornicũ quom inferiores iam terra: & aqua sint obruti. Latitudo intra quam quõdam æquis cõminus armis: ac emin9 hastis pugnare (ut aiunt) solitũ erat: clare adhuc uideri possit de quo satis dixerim quom ꝓ rei magnitudine: ac dignitate: nec ipsi maiores nostri ueterũ rerũ scriptores: nec duo plinii hinc origine nati: ambo ꝑfecto uiri doctissimi nec Catull9 ex ipsa urbe poeta insig[illegible]: nec Victruuius ipse summ9 architectus: ciuis in hac urbe florentissima: in quibusdã colũnis: iisq; antiquissimis iuxta quãdã portã erectis: memoria extat: ullũ omnino uerbũ de eo fecisse legãtur. Adsunt præterea in ea urbe: ne singula recẽ

ſcā/infinita fere romanorū ueſtigia: diuerſorūq; impera/
torū imagines/atq; inſignia: epigrāmataq; uariis titulis
in trib⁹ precipue arcub⁹/iā rubigine corroſis/cōſcripta
quæ partim uetuſtate ſunt deleta: partim uero ruina col
lapſa: partim terra/cœnoq; obruta. Quæ cū ātiquitatē
tū uel maxime nobilitatē quādā ipſi⁹ urbis præ ſe ferūt.
Hæc fontib⁹/flumibuſq;/quib⁹ oia uehūtur uitæ neceſ
ſaria/abūdat. Hæc oium ꝑfecto pulcherrimo (eoq; la/
tiſſimo) benaco lacu/nūc noie a quodā in eo paruo op/
pido garda dicto: & c⁹ ſinu iuxta oppidū piſcarie minti
us ille clar⁹ fluui⁹ in padū per Mantuā defluit/mirifice
exornatur. Qui lacus limpido aquarum decurſu quom
uētorū tēpeſtate fluctuat aureas fundit⁹ euoluit arenas:
quib⁹ depaſcitur gen⁹ piſcis guſtu perſuauis nuſq̄ ut fer
tur alibi quā in eo reperti: quē accolæ carpionē uocitāt:
ut ego ipſe uidi reque ipſa deguſtaui. Hic ſiquidē & bici
piri quodā amne quē ſarchā habitatores noiant ex altis
germaniæ mōtibus ꝓfluēs: ꝑtim inter apeninos/partim
inter alia prærupta mōtiū iuga/ne ſaxoſa præcipitia: ꝓ
fundiſſimo eoq; ſpatio trigintaduorū miliū paſſuū lōgi
ſſimo: decēq; & octo latiſſimo decurrit: aquarū curſu ue
lociſſimo: eoq; uiſu iocundiſſimo: uario/ac perpulchro
olearū cultu ad radices illorū mōtiū ſeptus: pomorū cu
iuſcūque generis uiſu/ac guſtu delectabiliū mira uarieta
te ornatus: pluribus/iiſq; per amplis inter ſe ſe parum di
ſtātib⁹ oppidis ac uillulis cūctorū animaliū/& auium/
quæ & uenādi & aucupādi facultatē afferūt uberrimis re
fert⁹: oiū diuerſorū piſciū/ſiue/ut paulo ſupra cōmemo/


rauimus/Carpionū genere/siue corū quos Truttas non insulsas/ac magni poderis asserūt: siue Anguillarū in ea qua uolueris magnitudine/siue Sardellarū: quæ medio/criores sunt/siue postremo quorūcūque aliorum/qui gustu expeti possint/copia abundantissim9. Qui uariis/& non paruis retibus/magno labore/ac sumptu elabo/ratis quottidie capiūtur. Hic paludes ad pisces: hic syl/uæ ad ligna cædendæ: quorū infinita ferme pertrahunt per Athesim genera: quibus & artificiosa domorū tabulata cōstruūtur: & noua fabricantur naualia. Hic herbe pluribus in montibus/& precipue in eo/cui supremo cacumine in cælū est recto nomine Baldo/omnnibus morbis accomodate reperiūt. Hic diuersa metalla i cōualliū uisceribꝰ effodiūt. Hic salis & oīū mineraliū uenæ recondūt. Hic saltuū/nemorūq; pascua optīa gignūt: quibꝰ innumerabiles pene Iuuēcorū turmæ/errabūdæ/boūq; armēta indeficiēti herbarū gerīne etiā i aspiore hiemesa tāt. Hic nō desunt hyblææ apes: quæ tū mella suauissima tūcæras uirgineas pducūt. Hæc pecudū uellere tenuissimo atq; cādidissimo ita aliis ciuitatibꝰ præeminet: ut ultra ad duodena milia pannorū quolibet anno (incre/dibile dictu) conficiat. Quorū magnas si uideres offi/cinas/nihil copiosius in eo laborādi opere lanificii existimares/adeo pannis/iisq; optimis/ac pulcherrimis exu/berat/ut nusq̄ alibi tātā copiā esse/aut futurā/putares. Quæ non ficta/sed re ita comperta tu ipse si uidisses (ut ego) q̄ primum iudicares. Frumento uero/ac uino oleoque precioso/atq; caseo optimo

ita pinguescit: ut nõ solum urbibus finitimis: sed ad mo-
dum remotis: omnibusq; germanię partibus sua rerum
omnium abundantia: ac uestium (ut dixi) copia opem
ferat: cæteraq; municipia: atq; colonias tã propinquas:
q̃ remotas mirifice alat. Quante uero Venetorum illu
strissimo dominio sint huiusce urbis uectigalia utilitati:
anuoq; emolumento: quæ exportantur silentio præteri
erim: quom ultra centum milia aureorum illuc deferant
præter illa: quæ modo ab hoc: mõ ab illo dono uel gra-
tia (ita ut fit quottidie) deuehuntur. Quot uero diui-
tiis: opibus amplissimis & domi: & foris complurimi ci
ues præstantissimi equestri: ac senatoria dignitate hone-
stati omniumq; optimarum artium studiis eruditissimi:
sũmisq; apud uarias nationes magistratibus perfuncti
polleant non tam paucis perstringerẽ q̃ silentio ipso ma
gis exornarem. Qui gubernandarum rerum prudentia
& rei militaris sciẽtia: & liberalib9 artibus: ac bonis mo
ribus sic præditi sunt: & olim instituti fuerũt: ut & amo
re aduenas: atq; honore suo dignos semper iudicarent:
& amari ab omnibus facile uideantur. Quo fit mi ma-
gnanime Ioannes ut alteram Florentiam nostram reb9
omnib9 Florentissimã ipsam Veronam intuear: quom
tamen hæc ipsa: & aeris temperie: & loci oportunitate:
& rerum omnium fæcundissima: ubertate longe fertilio
rem: & antiquitate nobiliorem: & rebus gestis clariorẽ:
& monumẽtis maiorum illustriorem: nostræ (uenia ta
men tua dixerim) interdũ mihi præponendam persua-
serim. Quãuis nostra ipsa ciuitas cum ædificiorũ splen

dore:tum etiam uiarũ decore: ac multiplici mercaturæ genere huic sine dubio præferenda ab omnibus censeatur. Quæ ambæ si recta mẽte inspiciãt̃ :parũ certe inter se se differre uidebũtur: & si altera alteri: & uario rerũ ornatu & ubere fructu inter se sẽ præferat̃. Hæc igit̃ :ut iã modũ dicẽdi faciã:habui mi Ioãnes:quæ nunc pro rei amplitudine:eorũq3 illustriũ copia de illustrissimæ ciuitatis Veronæ:cui perpetuo me debere fateor: laudibus leuiter carpserim:que ipse tibi ꝓ meo in te officio:tuoq3 erga me studio: ut ipse oculis uidere potui hoc inepto meo dicẽdi stilo scribere curauerim: ut matronaꝝ ipsius ciuitatis per exculta serico nostro:auroq3 intexta:eaq3 electissima ornamẽta:atq3 ditissima Iocalia:quibus nihil ornatius cerneres: & ciuium omnium amœnissima tum priuate:tum publice (eaq3 Iocundissima) ocia: ac pomeria omnium arborum genere consita:nunc breuitatis gratia missa faciam: ne historiam magis q̃ epistolã (ut pollicitus sum) perscribam. Quæ tu ipse pro optimo ingenio tuo multo maiora:ac lõge digniora existimabis De quibus etiam latius:ac pluribus:quom ad uos q̃ primum deo duce redierimus:coram agemus. Intereæ loci bene uale. & hæc nostratia amicis nostris: & præcipue Landino præceptori nostro:uiro eloquentissimo:ac petro medici uiro litteratissimo magnanimi Laurentii filio tibi deditissimo nõ pro uerborum exornatione: sed pro rei de qua scribimus dignitate:quæso per legenda trade: Veronæ Idibus Maii Mcccclxxxviiii

Cartusie Florentie





a) - cc. 90 (la prima, supplita modernamente, e l'ultima bianche).

b) - cc. 24.

c) - cc. 8 (l'ultima bianca).

d) - cc. 6. } fanno parte dello stesso inc. - v. GW 9703

e) - cc. 6.

più una guardia anter. scritta e una finale bianca.

Agosto 1920

[signature]